dei. Gracia autem dei sum: id quod sum.

Et gracia eius: in iudea uacua non fuit.
In deo sperauit cor meum et adiutus sum et te
floruit caro mea et ex voluntate mea confitebor
tibi. **A**d te domine clamabo deus natus ne siseras ne
descendas a me. **A**lleluia. **D**omine deus salu-
tis mee in die clamam et nocte coram te. **Sedna**

Nullo tempore: dicit ihesus ad **lucam**
quosdam qui in se confidebant tanquam iusti.
alpnabantur ceteros: parabolam istam.
Duo homines ascenderunt in templum
ut orarentur: unus phariseus. et alter pu-
blicanus. **P**hariseus stans: hec apud se
orabat. **D**eus gracias ago tibi: quia non
sum sicut ceteri homini raptiores iniusti. ad
ulteri uelud etiam hic publicanus. **I**euuno
bis in labio: decimas do omnium que
possideo. **E**t publicanus a longe stans no-
lebat nec oculos ad celum leuare: si pectus
bat pectus suum dicens. **D**eus apertus
est mihi peccatori. **A**men dico uobis. De-
scendit hic iustificatus in dominum suam
habitum: et quis se humiliat exaltabitur.

Dñe. Exaltabo te dñe qm suscepisti me nec de
lectasti inimicos meos sup me dñe clamavi ad te

Cvidne sacri et sanasti me. **Secretum**
ficia dicata reddantur que sic ad ho
norem nominis tui deferenda tribuisti. ut
eadem re media fieri nostra prestares. **P.**

G. Honora dnm de tua subia et de pmitis fru
gum tuarum ut impleantur horrea tua satu
mate et uno torcularia redundabunt. **Primo.**

Quelsumus dñe deus noster ut quos
duimus reparare non desinis sacra
mentis tuis non delittias. benignus auxi
lis. **P.** **Domini** **Officium.**

Opus in auditorium meum intende do
mine ad adiuuandum me festina co
fundantur et reuerantur inimici
mei qui querunt animam meam. **X.** Auertan
tur retrosum et erubescant qui cogitant nichil

O omnipotens **E**mala **G**la patri. **Secundo.**
sempiterne deus qui habundantia
pietatis tue et merita suppliit extredis
et uota effunde super nos misericordiam tu
am. ut dimittas que conscientia metuit.

et adicias qd̄ oratio non presumit p. Ad

Fratres: fiduciam tale ~~comitios~~^{ad} habemus p xp̄m ad decum: non qd̄ sufficientes simus cogitare aliquida nobis quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est. Num et ydoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera sed spiritu. Littera enim occidit: sp̄c autem ministrat. Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibz fuit i gla. ita ut non possent intendere filij isrl̄ in saecum moysi propter gloriam iultus eius que euacuatur. Quod non magis ministratio spiritus erit in gloria: Nam si ministratio damnationis in gloria est multo magis habundat ministerium iustae in gloria. Ex Benedic dñm in omni tempore laus eius in ore meo. In dño laudabitur anima mea audiant mansueti et letentur.

Alleluia. Dñe refugium factus es nobis a generatione et p ḡeme. Scdm martini. N illo tempore: Eriens ihesus de finibz tyri uenit p sydonem ad mare galilee

inter medios fines decapoleos. Et addu-
cunt ei surdum et mutum: et deprecabā-
tur eum ut imponat illi manum. Et ap-
prehendens eum de turba seorsum. misit
digitos suos in auriculas eius: et expuens
tetigit linguam eius. Et suspiciens in ce-
lum: ingemuit et ait. Effeta. qđ est ad
aperire. Et statim apte sunt aures eius: et
solutum est unculum lingue eius. Et lo-
quebatur recte. Et precepit illis ne cui di-
cerent. Niito autem eis p̄cipiebat. tanto
magis plus p̄dicabant: et eo amplius
admirabantur dicentes. Bene omnia fecit.
et surdos fecit audire. et mutos loqui. **Ora**
Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui. et
dixit quare dñe irasceris in populo tuo pare
ne animi tui memento abraham ysaac et iacob
quibz iurata dare terram fluentem lac et mel
et placatus factus est dñs de malignitate qđ dix
et facere populo suo **Secunda Ora**.

Beline quesumus dñe nostram p̄tu-
bus seruitutem ut qđ offerimus sit
tibi munus acceptū sit nostre fragilitatis

subsidium. p. **G.** De fructu operum tuorum
dñe sanabitur terra ut educas panem de terra
et unum letificet cor hominis ut exhilaret fa-
ciam in oleo et pams cor hominis confirmet. **p. 9.**

A Entiamus dñe q̄s tui p̄cepcione. **D.**
Sacramenti subsidium mēntis & cor-
poris. ut in utroq; saluati celestis remedij
plenitudine gloriemur. **P.** **D**īnica. xiiij.

R Espice dñe in testamentum officiū
tuum et animas pauperum tuorū
ne derelinquas in finem exurge dñe et iudica
causam tuam et ne obliuiscaris uoces querenti-
um te. **V**t quid deus repulisti in finem ur-
tus est furor tuus super oves pascue tue Gloria

O omnipotens et misericors patri. **QD.**
deus de cuius munere uenit. ut tibi
a fidelibz tuis digne et laudabiliter serui-
atur. tribue q̄s nobis. ut ad permissiones
tuas sine offensione curramus. **P.** **A**d ga-

F ratres: Abrahe dicte sunt lathas.
permissiones; et semini eius. Non di-
at et leminibz quasi in multis; sed quasi
in uno et semini tuo. qui est xp̄c. **H**oc autē

deo testamento confirmatum a deo? q
post quadringentos et triginta annos
facta est lex, non irritum facit ad euacuā
dam pmissionem. Nam si ex lege heredi
tas iam non ex pmissione. Abrahe autē:
pmissionem donauit deus. Quid igni
tur lex. Propter transgressiones posita
est donec ueniret semen cui punierat or
dnata p angelos in manu mediatoris.
Mediator autem unus non est; deus au
tem unus est. Ix ergo aduersus pmissa
dei: Absit. Si enī data esset lex que posset
uiuiscare; uer ex lege esset iustitia. Et
conclusit scriptura omnia sub p̄cō. ut p
missio ex fide ihū xpī daretur credentibus.

Gloria. Respic dñe in testamentum tuum et aias
pauperū tuorū ne obliuiscaris in finem. Et cur
ge dñe et iudica causam tuam memor esto obix
brū seruorum tuorum. **A**lleluia. Venite ex

ultimus dño iubilemus deo salutari nostro.
In illo tempore: dicit **S**ecundū lucia
lhesus. d. s. Beati oculi: qui uident que
uos uidetis. Dico enim uobis: qd multi

pphe et reges uoluerunt uidere que uos
uidetis et non uiderunt. et audire que
auditis et non audierunt. Et ecce qui
dam legis paritus surrexit temptans
illum et dicens. Magister: quid facendo
uicam eternam posse debo? It illa dixit ad
eum. In lege quid scriptum est? Quoniam
legis. Ille respondens: dixit. Diliges
dum deum tuum ex toto corde tuo et ex
tota anima tua et ex omnibus uiribus tuis.
Et ex omni mente tua. et proximū tuum si-
cuit teipm. Dicitur illi. Ecce respondens
ti. hoc fac et uiued. Ille autem uolens
uisticare seipm: dixit ad ihesum. Et
quis est meus proximus. Susticiens autem
ihesus: Dixit. homo quidam descendere
bat ab iherusalem in iherico: et incidit i-
lati ones. Qui etiam despoliauerunt eum:
et plagiis impositis abierunt seminudo
relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam
descenderet eadem via: et uiso illo pter-
uit. Humiliter et leuita cum esset lecus
locum et uideret eum pertransiit. Hama

titus autem quidam iter faciens: uenit
secus eum: et uidens eum misericordia
motus est. Et appropians alligauit vulne
in eius: infundens oleum et uinum. Et im
ponens illum in uim entum suum duxit in
stabulum: et curam eius egit. Et altera
die pculit duos denarios: et dedit stabu
lario et ait. Curam illius habe. Et qdcu[m]
sup ergaueris: ego a[bi] rediero reddam tibi.
Quis horum trium uidetur tibi proximus fu
isse illi qui incedit in latrones? At ille dir
it. Qui fecit misericordiam in illum. Et
ait illi ihesus. H[ab]e et tu fac similiter.

Offr Inte speravi domine dixi tu es deus meus in
manib[us] tuis tempora mea. **Seceta oratio**

Hodieas quas domine appetitus intende
ut nobis indulgentiam largiendo tuo
minime dent honorem. **P. C. P.** Panem de celo
dedisti nobis domine habentem omne delectamen
Datum et omnem sapore suavitatis. **P. C. P.**
Uirificet nos quas domine huius p[re]cipa
tio sancta mysterij. et pariter nobis expi

ationem tribuat et munimen. p. **D**omi
Totector noster al. ca xiiii offit
pice deus et respice in faciem rpi tu
tus sup milia. **V** quam dilecta tabernacula
tua domine virtutu. Gloria. pa. **O**ratio
Omnipotens sempiterne deus. da
nobis fidei spei et caritatis aug
mentum. et ut mereamur assequi qd p
mittis. fac nos amare qd papis. p. **A**
Fratres. Spiritu Galathas.
ambulate. et desideria carnis no
pficietis. Caro enim concupiscit aduersus
spiritum. spiritus autem aduersus carnem.
hec enim sibi mucem aduersantur. ut no
quecumq; uult illa faciat. Quod si spi
ritu ducimini. non estis sub lege. Nam
festa autem sunt opera carnis. que sunt.
formicatio. in iudicia. impudicitia.
luxuria. dolor. seruitus. beneficia. im
matie. contentiones. emulationes. ira.
riva. dissensiones. heres. secte iudie.
homocidia. ebrietates. commissiones. et

hys similia. Que predico uobis sicut pre
dixi: qm̄ qui talia agunt regnum dei nō
consequentur. fructus autem spiritus:
est karitas. gaudium. pax. patientia.
longanimitas. bonitas. benignitas. man
uetudo fides modestia continentia. castitas.
Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autē
sunt xp̄i: carnem suam cruciferunt cū
iustis et concupiscentijs. **B**onum est con
fiteri domino et psallere nomini tuo altissi
me. **A**d annunciatum mane misericordiā
tuā et ueritatem tuam p̄notrem. **A**lleluia
Nom̄ deus magnus dás. et rex magnus sup
omnes deos. **S**ecundum luciu

In illo tempore: Dum iacet ihesus in iheru
salem: transiebat p̄ medianam samariam
et galyleam. Et cum ingredieretur quoddam
castellum: occurserunt ei decem uiri le
proli. Qui steterunt a longe: et leuauerūt
uocem dicentes. Ihesu p̄ceptor miserere
nři. Quos ut uidit: dixit. Ite ostendite
uos sacerdotibz. Et factum est dum uenit
mundati sunt. **O**nis autem ex illis ut u

dit quia mundatus est: regressus est cum
magna uoce magnificans deum. Et acri-
dit in faciem ante pedes eius: grauas a-
gens. Et hic erat samaritanus. Responde-
autem ihesus: Dixit. Nonne deorem mun-
dati sunt: Non est inuentus qui rediret
et daret gloriam deo; nisi hic alienigena-
Et ait illi. Dunge uade: quia fides tua te
saluum fecit. Officium immittit angelus domini in
circitu timentium eum et expletos gus-
tare et uidete quoniam suauis est dominus. Secunda.

Dropitiae domine populo tuo propitiari
muneribus. ut hac oblatione pla-
catus et indulgentiam nobis tribuas et
postulata concedas. p. Co. Namque
ego dedero caro mea est pro seculi vita. Propositio

Sumptis domine celestibus sacramentis
ad redemptiōis eterne quesiuimus
perficiamus augmentum. p. Domine uero officium
Adiuua domine aurem tuam ad me et exaudi me sal-
uum fac seruum tuum deus meus sperante in te
misericordia michi domine quoniam ad te clamavi to-
ta die. Letifica animam servi tui quoniam ad te domine

animam meam leuavi. Gloria p̄. **Oratio**
Questodi dñe q̄s eccliam tuam p̄petua
tione p̄petua. et quā sine te labitur
humana mortalitas. tuis semp auxilis
et abstrahatur a uoxis et ad salutaria di-
Fratres: Si Crigat̄ p. **Ad galatas**
spiritu uiuimus: spiritu et ambule-
mus. Non efficiamur manis glorie cupidi-
mūcēm p̄uocantes. mūcēm inuidentes.
fratres et si p̄cipiat̄ fuerit. homo in
aliquo delicto: Vos qui sp̄alis estis. Hu-
miliodi instruite in spiritu leuitatis. con-
siderans te ip̄in ne et tu tempteris. Alter al-
terius onera portate: et sic adimplebitis
legem xp̄isti. Nam si quis exudiat se
aliquid esse cum nichil sit ip̄se se seducit.
Opus autem suum probet unusquisq;
et sic in semetipso tantum gloriam habe-
bit et non in altero. Unusquisq; enim
omnis suum portabit. Cōmuni et autem
is. qui cathetizatur uerbo. ei qui se catheti-
zat: in omnib; bonis. Nolite errare: de-
us non iridetur. Que enim seminauerit.

homo. hec et metet. **Q**m̄ qui seminat in
carne sua: de carne et metet corruptionem.
Qui autem seminat in spiritu: de spiritu
metet uitam eternam. **B**onū autē faci-
entes non deficiamus: tempore enim suo
metemus non deficiētes. **E**rgo dum tem-
pus habemus. opemur bonum ad om-
nes: maxime autem ad domesticos fidei
G **B**onum est confidere in dñō qm̄ confidere
in homine. **B**onū est sperare in dñō quam sp̄a-
re in primis. **A**llēluia. **C**omebunt gentes
nomen tuum dñe et omnes reges terrae gloriam

In illo tempore: **C**uam. **S**alvatoris
Dixit ihesus discipulis suis. Nemo poterit
duob; dñis seruire: Aut enim unum odio ha-
bebit et alterū diligit: aut unū sustinebit
et alterū contemnet. **N**on poteris deo
seruire et māmone. **I**deo dico uobis: ne
sollicitati sitis aīe ure. quid manducatis. neq;
corpori nescio quid inducamini. **N**onne ita
plus est quam esca: et corpus plusq; uel
timentum. **R**espirate uolatilia celi. qm̄ no
serunt. neq; metunt. neq; congregant in

horae: et p^r ur^r celestis pascit illa. Nonne
uos magis pluris estis illis: Quis autem
urum cogitans. potest adicere ad statuam
suam cubitum unum. Et de uestimento
quid solliciti estis: Considerate lylia agri:
quomodo crescant. non laborant neque nent.
Dico autem uobis: qd nec salomon in oī
gloria sua cooptus est sicut ymnū existit.
Di autem fenuim agri qd hodie est. et anas
in clibanum mittitur. deus sic uestit quam
toma gis uos minime fidei? Nolite ergo
solliciti esse dicentes. quid manducabimus
aut quid bibemus. aut quo opiemur. Hec
enim omnia gentes inquirunt. Hoc enim
pater ur^r quia hys oibz indigetis. Duerite
ergo primū regnum dei et iustitiam eius.
et hec omnia addicentur uobis. ~~Offr~~ Ex
pectans expectam dñm et resperit me et exau-
dit depreciationm meam et immisit os meu-
anticum nomi ymnū deo nostro. **Secreta.**

Oncede nobis dñe ut hec hostia sa-
lutaris et nostrov fiat purgatio de-
lictorum et tue propitiatio potestatis. **P. C.**

Qui manducat carnem meam et bibit meū
sanguinem in me manet et ego in eo ducat dñs.

Purifcent semper et **Dominus** **m**uniant tua sacramenta nos deus.
et ad pectue ducant salvationis effectū p.

Oferere nichil dñe **Dominus** **ritu** **officium**
qm̄ ad te clamaui tota die quia tu dñe
susans ac misericordia tua copiosus in una
vibz inuocantibz te. **I**nclina dñe auem tuam
et exaudi me. qm̄ mops et paup sum ego. Glā

Eccliam tuam dñe **patiria** **Dominus**
misericordia continua mundet et mu-
niet, et quia sine te non potest salua con-
sister. tuo semp munere gubernetur. p.

Fratres: Obsecro **ad ephesios. v**
uos ne desistaatis in tribulacionibz
meis pro nobis: que est gloria uestra. hu-
ius rei gratia flecto genua mea ad prerem
dñi nri ihu xpi. ex quo omnis paternitas
in celis et in terra nominatur: ut det uobis
secundum diuinas glorie sue: iuritatem
corrobore per spm eius in interiori homine
habitare xpim per fidem in cordibus uestris

In caritate radicati. et fundati. ut possitis
comprehendere cum omnibz sanctis. que sit
latitudo et longitud et sublimitas et p
fundum. Scire etiam sup eminentem
scientie caritatem xprisi. ut impleamini i
omnē plenitudinem dei. Et autem qui po
tens est omnia facere sup habundanter
quam petimus. aut intelligimus sed in
virtute que operatur in nobis; ipi gloria
in ecclesia et in xp̄o ih̄u in omnes generati
ones seculi seculorum amen. **X** Timebunt
gentes nomen tuum dñe et omnes reges terre
gloriam tuam. **X.** Quoniam edificauit dñs sy
on; et iudebitur in maiestate sua. **Alleluia**
X Confitemini dño et invocate nomen eius an
nunciate inter gentes opa eius. **Sicut lucam.**

To illo tempore: Ibat ih̄c in ciuitatem que
invocatur nazrin: et ibant cum illo discipuli
eius et turba copiosa. Cum autem appro
pinqüaret porre ciuitatis: ecce defunctus
efficeretur filius unicus matris sue. Et
hec iudua erat: et turba ciuitatis multa
camilla. Quam cū uidisset ih̄esus; mīa

motus super eam dixit illi. Noli flere. Et
accessit et tetigit loculum: h[ic] autem qui
portabant: steterunt. Et ait. Adolescēs
tibi dico surge. Et resedit qui erat mor-
tuus: et cepit loqui. Et dedit illum ma-
tue. Accepit autem omnes timor: et mag-
nificabant deum dicentes. Quia p[ro]phet
magnus surrexit in nobis: et quia deus
misit ait plebem suam. **O****T****A**. Dñe in auxi-
lium meum respice confundantur et reuecan-
tur qui querunt animam meam ut auferant.

Cua nos dñe sacramenta eam. **Sacra**
custodiant. et contra dyabolos tu-
erantur semper incursum. **P.** **C.** Dñe memo-
rabor iustiae tue solius docuisti me a iuuentu-
te mea et usq[ue] in senectam et semper deus ne derre-
linquas me. **P****O****S****T** **C****M** **O****R****A****N****O**.

Mentes nostras et corpora possideat
qs dñe domini celestis operatio. ut no-
tri sensus in nobis. h[ic] iugiter eius preue-
niat effectus. **P.** **D****U****I****C****A** **X****V****I** **O****F****F****I****C****U****M**.

Iustus es dñe et rectum iudicium tuum fac
cum seruo tuo secundum misericordiam tu-

am Beati immaculati in via qui ambulant
in lege dñi. **Gloria patri.** **Oratio**

Tua nos dñe q̄s gratia semp et pre-
ueniat et sequatur ac bonis ope-
ribus uigiter prester esse intentos p.

Hatres: obsecro **Ad ephesios.**
Huos ego uinctus in dño ut digne
ambuletis uocatione qua uocati estis aū
omni humilitate et mansuetudine. cum
patientia. supportantes iniucem in carita-
te. Solliciti seruare unitatem spiritus: i
uinculo pacis. **Unum corpus et unus spi-**
ritus: sicut uocati estis in una spē uocatio-
nis vestre. **Unus dñs.** una fides. unum
baptisma. **Unus deus et pater omnium:**
qui est sup omnes et p omnia et in oībus
nobis. **Qui est benedictus in secula seculi**
lorum amen. **B**eata gens cuius est dō
minus deus eorū populus quem elegit dñs i
hereditatem sibi. **Verbo dñi celi firmati sunt**
et spiritu oris eius omnis virtus eoru. **Alle**
luia. **P**aratum cor meum deus paratum
cor meum cantabo & psallam in gloria mea.

Nullo tempore: cum **Secundum luci.**
intraret ihesus in domum cuiusdam pri-
apis phariseorum sabbato manducare
panem: et ipsi obseruabant eum. Et ec-
ce homo quidam hydropticus: erat ante
illum. Et respondens ihesus: dixit ad le-
gis pitos et phariseos dicens. **D**ilecti sab-
bato curare: At illi tacuerunt. **I**pse vero
apprehensum sanavit eum: ac dimisit.
Et respondens ad illos dixit. **C**uius uestim
asinus aut bos in putoem cadet: et non
continuo extrahet illum die sabbati: Et
non poterant ad hec respondere illi. **D**ice-
bat autem et ad iuitatos pabolam: in-
tendens quomodo pmos accubitus elige-
rent: dicens ad illos. **C**um iuitatus fue-
ris ad nuptias: non discubas in primum lo-
co. ne forte honoratio te sit iuitatus ab
illo: et ueniens is qui te et illum vocavit
dicat tibi. **D**a huic locum. et tunc incipi-
as cum rubore nouissimum locum tenere.
Sed cum vocatus fueris uade recumbe in no-
uissimo loco: ut cum uenerit qui te iuita-

uit dicat tibi. Intrae ascendit superius.
Tunc erit ab gloriam coram simul discam
bentibus. Quia omnis qui se exaltat
humiliabitur et qui se humiliat exalta
bitur. **O**rdini deum meum ego damel
dicens exaudi dñe p̄ces serui tuū illumina fa
cet tuām sup sanctuarī tuū et ap̄tus
intende populi istū sup quem invocatū est

Quanda nos in omnētū deus. **Serena.**
Dñe sacrificiū presentis effectu. et
pfice miseratus in nobis: ut eius merea
nur esse p̄tipes. **P. C.** Donete et reddi
te dño deo uestro om̄s qui in circuitu eius affer
ns munera terribili et ei qui auferit spiritum
principum terribili apud om̄s reges terre p̄. **ad.**

Durifica dñe q̄s mentes nras benign
ius et renoua celestibz sacramentis.
ut conse quenter et corpū presens pariter
et futurū capiamus auxilium. **P. Dñi**

Di pacem dñe susti .xviii. **Officū.**
nentibus te ut ap̄l̄e tuū fideles inue
niantur exaudi preces serui tuū et
plebis tue israhel. **X**letatus sum in hys que

dicta sunt mihi in dominum dominum ibimus
Diaq̄s dñe po **Gloria patri.** **O 20.**
pulo tuo dyabolica uitare conti-
gia et te solum dominum priuamente
lectari. per. **Ad corinchios.**

Fratres: Gracias ago deo meo
semp pro uobis in gratia dei q̄
data est uobis in christo ihesu: quia in
omnib; diuitiis facti estis in illo in omni
uerbo. et in oī scientia. sicut testimonium
christi confirmatum est in uobis. ita nichil
uobis desit in illa gratia expectantib;
reuelationem domini nři ihesu christi. Qui
et amabit uos usq; in finem sine cri-
mine; in die aduentus domini nři ihesu christi.

Letacis sum in his que dicta sunt mihi
in dominum domini ibimus **X** fiat par in uirtute
tua et habundancia in turribus tuis **C**alle
lura **P**uui timent dominum sperent in eum ad
iutor et protector eorum est. **S**oūm matthi-

In illo tempore: pharisei audientes qđ
ihesus silentium imposuisse tradidicis:
conuenerunt in unum. Et interrogauit

eum unus ex eis legis doctor: temptans
eum. **A**gister qd' est mandatum magnū
in lege: **A**it illi ihesus. **D**iliges dñm deū
tum ex toto corde tuo. et ex tota anima tua:
et in tota mente tua. **H**oc est maximū et pri-
mum mandatum. sed in autem simile est
hinc. **D**iliges proximum tuum: sicut te
ipsum. **I**n hīs duob; mandatis: uniusa-
loꝝ pendas et p̄f̄se. **S**ongregatis autem
phariseis: interrogauit eos ihesus dicens.
Quid uobis uidetur de xp̄o cuius filius est?
Dicunt ei. **D**auid. **A**it illis. **Q**uomodo
ergo dauid in sp̄u uocat eum dñm dicens.
Dixit dñs dñs meo sede a dexteris meis.
donec ponam inimicos tuos scabellum pe-
diuum tuorum: **H**i ergo dauid uocat eum dñm:
quomodo filius eius est: **E**t nemo poterat
respondere ei uerbū: neq; aulus fuit quis
quam ex illa die eum amplius interrogare
Mōs **S**anctificauit moyses altare dñi offērens
sup illud holocaustum et immolans victimas fe-
at sacrificium uespertini in odorem suavitatis
dñi deo in conspectu filiorū israhel. **S**ecunda.

Anestatem tuam dñe supplicari dep
camur ut hysca que gerimus et a p
teritis nos delictis. exuant et futuris p.

Co Tollite hostias et introite matris eius ado
rare dñm in aula sancta eius. Post id v. 20.

Ancifitacionibz cuius om̄pe deus. et
unitia nra curentur et remedia nobis
eterna pueriant. p. **Dm̄m xix officium**

Genus populi ego sum dicit dñs de
quaq̄ tribulatione clamauerunt
ad me exaudiā eōs et ero illorum
dñs impetuum. Attendite popule meus le
gem meam inclinate aquem uiam in uerba oris

Dirigat corda **mea. gl̄a p̄. oratio**
nra q̄s dñe tue miserationis opera
tio. quia tibi sine te placeat non possum⁹

Eratres: Rejo p. **Ad ephelios**
uatum spū mentis uestre: et in
duite nouum hominem. qui secundum
deum creatus est in ueritate. et sanctitate
ueritatis. Propter qđ deponentes men
datum: loquimini ueritatem unusquis
q̄cū prorimo suo. qm̄ sumus inuitem

menbra. **I**nscrimm et nolite peccare. **V**ol
non occidat sup iracundiam uestram. **N**o
lite locum dare dyabolo. **Q**ui furabatur.
iam non furetur. **M**agis autem laboreti
operando mambus suis qd bonum est
ut habeat unde tribuat. necessitatem
pacienti **G**loria. **D**urigatur oratio mea sicut in
censum in conspectu tuo dñe **X** Eleuacio manu
um mearum sacrificium uestimentum **Alleluia**

X. **D**extera dei fecit uirtutem dextera dñi erat
Nullo tempo tauit me. **S**ed in matheum
Ire. **I**scendens ihesus in nauculam trans
fretauit et uenit in ciuitatem suam. **E**t
ecce offerebant ei paraliticu iacentem in
lecto. **E**t uidens ihesus fidem illorū: dixit
paralitico. **C**onfide fili: re mittuntur tibi
peccata tua. **E**t ecce quidam de scribis
dixerunt intra se. **H**ic blasphemat. **E**t
cum uidisset ihesus cogitationes eorum:
dixit. **V**t quid cogitat malum in cordibz
uestris? **Q**uid est facilius dicere dimittu
tur tibi peccata. an dicere surge et ambi
la. **V**t scatis autem qm filius hominis

habet potestatem in terra dimittendi per
cita: tunc ait paralitico. **D**urge tolle lec-
tum tuum: et uade in domum tuam. **E**t
surrexit: et abiit in domum suam. **V**iden-
tes autem turbe timuerunt: et glorifua-
uerunt: deum qui dedit potestatem talē
hominiibz. **O**ff̄. **D**i ambulauero in mediot-
bulacionis uiricabis me dñe et sup manū mi-
nor meor extenderes manū tuam et saluum

Domine qui **C**omefecit dextera tua. **S**ege
nos per huius sacrificij ueneran-
da cōmertia unius summeq; diuinitatis
principes efficias. p̄rā q̄s. ut sicut tuam cog-
noscamus ueritatem. sic eam dignis men-
tibz et moribz allequamur. **P.** **T**u man-
dasti mandata tua custodiri nūmis utinam
dirigantur me mee ad custodiendas iusticia

Gracias tibi de **C**ationes tuas. **P**rof̄.
feruius dñe facio munere uege-
tati tuam manū depauperans. ut dignos
nos eius participatione pficias. **P.** **D**omina
Ora ma que fecisti nobis **X**. **O**ffīcī.
domine in uero iudicio fecisti quia

pediamus tibi et mandatis tuis non obediamus sed da gloriam nomini tuo et fac nobis

cum secundum multitudinem misericordie tue
V Beati immaculati in via qui ambulant in

lege domini. Gloria patris. **Oratio vrem⁹**

O omnipotens et misericors deus uni
uersa nobis aduersaria propiciatus
excludit ut mente et corpore pariter expe
dit, que tua sunt liberis mentibz exequa
munt. **P.** **Ad ephesios**

Ecclesiastes: Videte quomodo caute am
bulatis: non quasi insipientes, sed
ut sapientes. Redumentem tempus: quoniam
dies mali sunt. Propterea nolite fieri im
prudentes: sed intelligentes que sit uolun
tatis dei. Et nolite mebriari uino in quo est
luxuria sed implemini spiritu sancto. In
quented uobis metipsis in psalmis et
yminis et cantibus spiritualibus. Cantantes
et psallentes in cordibus vestris domino. Sicut
agretes scep̄ posibz in nomine domini iherux deo et
pa. **V**bi est iuris in timore te. **G**loria omni ite
ravit dñe et tu das illis estiam in tempore ope

tuno. **A**peries tu manum tuam et umpsas
annual benedictione. **A**lla. Qui confidit
in dno sicut mons Ieron non conuicbitur me
terram qui habitat in ihrlin. **S**ed in madheun

Nullo tempore: Dicebat ihesus turbis
parabolam hanc. Simile factum est reg-
num celorum honum regi qui fecit nuptias
pro filio suo. Et misit seruos suos vocare
immitatos ad nuptias: et nolebant uenire.
Prerum misit alios seruos dicens. Dicite
immitatis. Ecce prandium meum parau-
tauri mei et altilia occisa et omnia pa-
rat: uenite ad nuptias. Illi autem negle-
erunt. Et abierunt. alius in villam su-
am: alius uero ad negotiationem suam.
Reliqui uero tenuerunt seruos eius: et
contumelia affectos occiderunt. **R**ex au-
tem cum audisset iratus est. Et missis
ex exercitibz suis. p didit homicidas illos:
et ciuitatem illorum succendit. **T**unc ait
seruis suis. Nuptie quidem paucite sunt:
s: qui immitati erant non fuerunt digni. **P**e-
r ergo ad exitus warum: et quos alios inue-

neritis vocate ad nuptias. Et egredi ser
ui eius in vias: congregauerunt omnes
quos inuenierunt: bonos et malos. Et
implete sunt nuptie discubentum. Intra
uit autem rex ut videaret discubentes.
Et uidit ibi hominem non uestitum ueste
nuptiali: et ait illi. Ance quomodo huic
intrasti non habens uestem nuptialem.
At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris.
ligatis pedib; eius et manib; mittite eum
in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et
stridor dentium. Multa autem sunt uoca
ti. pauca vero electi. **Ossy** Dup flumina ba
bylonis illic sedimus et fleuimus dum reor
daremur tuis Lyon. **Secreta.**

Hec munera quae dñe que oculis tue
maiestatis offerimus. salutaria
nobis esse concede. **P. C.** Memento uerbi
tu seruo tuo dñe in quo michi spem dedisti hec
me consolata est in humilitate mea. **p. C.**

Tua nos dñe medicinalis operatio et
a nostris pueritatib; clementer
expeditat et tuus faciat semper inhereire

mandatis. p. **Dniā. xxi. Oſtia.**

Fuoluntate tua dñe uniuersa sunt posita et
non est qui possit resistere uoluntati tue ei
seasti omnia celum et terram et vnuersa q
celi ambitu continentur dñs vnuersorū
tūes. Beati imaculati in via qui ambulat
in lege dñi. Gloria patri. **Dniā.**

Largue q̄s dñe fidelibus tuis iudic
gentiam placatus et pacem. ut
pariter ab omnibz mundentur offensis.
et secura tibi mente deseruant. p. **Ad**

Habentes: Confortamini **ephesios**
in dño et in potentia iuris eius.
Induite nos armatum dei: ut possitis
stare aduersus miseras dyaboli. Qm
non est nobis collectacio aduersus car
nem et sanguinem: sed aduersus princi
pes et potestates. aduersus mundi rec
tores tenebrarum harum contra spiri
tualia nequitie in celestibz. Propterea
acipite armatum dei: ut possitis re
sistere in die malo. et in omnibz pfectibz
estate ergo succincti lumbos uestros

in ueritate: induit loricam iustiae. et ait
aati pedes in ppanatione euangely pacis.

In omnibus sumentes scutum fidei: in
quo possitis oia tela nequissimi ignea
extinguere. Et galeam salutis assumu-
te: et gladium spiritus quod est uerbum
dei. **Dñe** refugium factus es nobis
a generatione et progenie. **P**ruisq; mo-
des fierent: aut formaretur terra et orbis
a senio et in seculu tu es deus. **A**lleluia

X De profundis clamaui ad te dñe dñe ex
audino oem meam. **S**ecundu iohannem

In illo tempore: Erat quidam regulus:
et filius infirmabatur capharana. **H**ic cum audisset quia ihesus adueni-
ret a iudea in galyleam: abiit ad eum
et rogabat eum ut destenderet et sana-
ret filium eius. **I**nspiebat enim mor-
Dixit ergo ihesus ad eum. **N**oli sig-
nare et prodigia uideritis: non creditis.
Dixit ad eum regulus. **D**ñe descende
et ihesus. **V**ade filius tuus uiuit. **C**re-

didit homo sermonem quem dixit ei Ihesus:
et ibat. Nam autem eo descendente; servos
curierunt ei, et nuntiauerunt ducentes.
quia filius eius esset. Interrogabat er-
go horam ab eis: in qua melius habuerat.
Et dixerunt ei: quia hora septima
reliquum eum febris. Cognovit ergo pat-
quia illa hora erat: in qua dixit: ali ih̄s
filius tuus sum. Et credidit ipse et do-
mus eius tota. **O**ra Vir erat in terra no-
tio simplex et rectus ac timens deum quem
sathan petivit ut temptaret et data est ei po-
testas a dño in facultate et in carne eius pd-
ditus omnem substantiam ipsius et filios car-
uem quos eius gaudiu ulce uulnerauit. **Dicitur**

Celestem nobis prebeat hec myl-
teria q̄s dñe medicinam et uicia
noltri cordis expurgent. **P.** **Conservat** In salutem
rituo aia mea et in uerbum tuum sperau q̄n
facies de p̄sequenteribz me in dicu inquit p̄secula
sunt me adiuua me dñe deus meus **Proficitur**.

Tibi fac nos q̄s tuus semper obedire

mandatis. p. **Dñia xxiij. Officium.**

 **I**miquitates obseruaueris dñe dñe
quis sustinebit: quia apud te ppcia
tio est deus israhel. **X** Depfundis
clamavi ad te dñe dñe exaudi vocem meam. **Gla-**

Familiam tuam q̄s dñe conti. **No.**
mna pietate custodi. ut a cunctis ad
uersitatibus te ptegente sit libera et in
bonis actibz tuo nomini sit denota. **p.**

Fratres: **A**d philipenses. **xxv**
Confidimus in dño ihesu: quia
qui cepit in uobis opus bonum. p̄ficiet
usq; in diem xp̄i ih̄i. **H**ic ut est michi iustū
hoc sentite pro omnibz uobis: eo quod ha-
beam uos in corde et in uinculis meis. et i-
defensione. et confirmatione euangelij.
sodios gaudij mei omnes uos esse. **T**estis
enim michi est deus: quomodo cupiam uos
omnes in uisceribz ih̄i xp̄i. **E**t hoc oro. ut
caritas uia magis ac magis habundet
in silentia. et in omni sensu: ut p̄betis poa-
ora. et satis sinceris et sine offensa in diem
xp̄isti. **R**epleti fructu iustiae p̄ ih̄m xp̄m

in gloriam et laudem dei. ¶ Ecce quam
bonum et quam iocundū habicere fratres in
unum. ¶ Dicit unguentū in capite qd' deitēdū
in barbam barbam aaron. ¶ Alleluia. ¶ Qui
sanat contritos corde et alligat contritiones co-

¶ N illo tempore: ¶ rum. Secundū quatinus
Dixit ihesus discipulis suis. ¶ Humile est
regnum celorum hoi regi: qui uoluit ratio-
nem ponere cum seruis suis. Et cum ce-
pisset rationem ponere: oblatus est ei
unus qui debebat decem milia talenta
Cum autem non haberet unde reddiret
uissit eum dñs uenundari et uxorem e-
ius. et filios. et omnia que habebat. et
reddi. Padens autem seruus ille: roga-
bat eum dicens. ¶ Da centiam habe in me:
et omnia reddam tibi. ¶ Misertus autem
dñs serui illius. dimisit eum: et debitū
dimisit ei. ¶ Egressus autē seruus ille: in
uenit unum de conseruis suis qui debebat
ei centum denarios. Et tenens suffragabat
eum dicens. ¶ Redde qd' debes. ¶ Et pādes
conseruis eius: rogabat eum dicens.

pacientiam habe in me: et omnia red
dam tibi: Ille autem noluit: sed abiit
et nulit eum in carcерem. donec redde
ret debitum. Didentes autem conser
ui eius que siebant: contristati sunt
uale, et uenerunt: et narrauerunt
domino suo omnia que facta fuerant. Tunc
uocauit illū dñs suus: et ait illi. Her
ue nequam. omne debitum dimisi abi
quā rogasti me. Nonne ergo oportuit
erte misericordia conserui tui sicut et ego
tui misericordia sum? Et iratus dñs eius:
tradidit eum tortoribus. quo ad usq[ue] T
reddaret uniuersum debitum. Dic et
pater meus celestis faciet uobis: si non
remiseritis unusq[ue] fratri suo de ce
ribus uestris. Offr recordare mei domine
omnipotentium dominans da sermonem
rectum in os meum ut placeant uerba mea
in conspectu principis. Secunda Oratio.
Scapte dñe propitius hostias qui
bus. et te placari uoluisti. et no
bis salutem potenti pietate restitu. P.

C. Dico uobis gaudium est angelis dei
sup uno peccatore penitentiam agente p^r

Im mortalitatis almoniam con^{to}
secuti quesumus dñe. ut qd ore pre
cepimus mente sedemur. p. **Dominus**

Dixit dñs .xxviii. **Officium**
ego cogito cogitationes pacis
et non afflictionis inquietudinis
me et ego eraudiā uos et reducam ap
titudinem uestram de cunctis locis. Be
nedixisti dñe terram tuam auertitū capti
uitatem iacob. Gloria patri. **Dominus**

Domus refugium nostrū et uirtus.
ad eido propris ecclie tue preab
actor ipse pietatis et presta. ut quod fi
deliter petim efficiat consequam^z.

Fratres. p. **Ad philipeus**.
Iunitatores mei estoce: et obser
uate eos qui ita ambulant sicut habe
tis formam nūm. Multe enim ambulat
quod lēpe diabolam uobis. nunc autem
et flens dico inimicos crucis xp̄usti:
quorum finis int̄. quorū deus uenter

est et gloria in confusione ipsorum qui ter-
rena sapient. Nostra autem conuersatio
in celis est. Unde eam saluatorem ex-
pectamus domini nostri ihesum christum. qui refor-
mabit corpus humilitatis nostrae. confi-
guratum corpori claritatis sue secundum
operationem qua possit eam subire
sibi omnia. Itaque fratres mei karissimi
et desideratissimum gaudium meum et co-
rона mea: sic state in domino kimi. Encho
diam ergo et similem deprecor. id ipm
sapere in domino. Eam ergo te germane
compar: adiuncta illas que mecum labo-
rauerunt in evangelio cum clemente:
et ceteris adiutoribz meis. Quorum no-
mina sunt in libro vite. **Sed** Liberasti
nos domine ex affligentibz nos et eos qui nos
oderunt confundisti. **In** deo laudabimur
tota die et noi tuo confitebimur in secula.
Alleluia. **N**on posuit sine tuos pa-
rem et adest frumenti faciat te. **Sed** in
illo tempore: ibi mattheum ad-
tes phizer qsilium miserunt. ut cape-

rent ihesum in sermone. Et mittunt
ei discipulos suos cum herodiatis: di-
centes: Magister sanus quia uerax
es et uiam dei in ueritate doces: et non
est tibi cura de aliquo. Non enim res-
picias psonam hominum. Dic ergo uobis.
Quid tibi uidetur: licet censum dari
cesari a non. Cognita autem ihesus
nequicia eorum ait. Quid me temptatis
ypocrite: Ostendite mihi nūnquam
census. It illi obtulerunt ei denarū.
Et ait illis ihesus. Cuus est ymago
hee et superscriptio: Dic autem ei. Cesaris.
Tunc ait illis. Sciddite ergo que sunt ce-
sariorum cesari: et que sunt dei deo. **Off**
De profundis clamaui ad te dñe domine
exaudi uocem meam **Secreum**

Agnis noa dñe quesumus seruit
tibi offensionis macula fraudemur:
quales esse propis. ipse nos perfice. **P. 66.**
Amen dico uobis. qntqnd orantes petitis
credite quia accipietis et fieri nobis. **Nisi eam**

Simplius dñe sacri dona myste-
ry humiliter deprecantes. ut
que in tui commemoratione nos facere
precepisti. in noctis pficiant infirmita-
tis auxilium. Qui uiuis. **Dmci xxij.**

Dicit dñs ego cogito cogi **officium**
tationes pacis et non afflictio-
nis in uocabitis me et ego exaudi-
am uos et reducam captiuitatem nrām de-
cunctis loas **X** Benedicisti dñe terram tuā
a uertutisti captiuitatem iacob. **Gloria. Odo**

Hisolue q̄s dñe tuor delicta popu-
lorum. ut a peccatorum nostrorū
heribz que pro nrā fragilitate contrac-
imus tua benignitate liberemur. **P.**

Hilares: Non **ad coloenses**
cessamus pro nobis orantez
postulantes ut impleamini agnitione
uoluntas dei. in omni sapientia et in
collectu spāli: ut ambuletis digne deo
p omnia placentez. In omni opere bono
fructifantez: et arcentes in scientia
dei. In omni iurute confortati scdm

potentiam claritatis eius. In nomine pa-
cientia et longanimitate cum gaudio.
In christo nostro. **G**loria liberasti nos
domine ex afflictionibus nos et eos qui nos odi-
runt confundisti. **I**n deo laudabimur toca die
et nomini tuo confitebimur in secula. **A**men
leluya. **X**Qui posuit fines tuos pacem et
ad proprie frumenta sacat te. **S**icut in mattheo

In illo tempore: loquente ihesu ad tur-
bas: ecce princeps unus accessit. et
adorabat eum dicens. domine filia mea
modo defuncta est; quem impone ma-
num tuam super eam et uiuet. **E**t sanguis
sequebatur eum: et discipuli eius. **F**er-
e mulier que sanguinis fluxum paa-
ebatur duodecim annis accessit retro:
et tenet fimbriam uestimenti eius.
Dicebat enim intra se. **S**i tetigero ta-
tum uestimentum eius: salua ero. **A**tt
ihesus conuersus et uidens eam dixit.
Confide filia fides tua te saluam fecit.
Et salua facta est mulier ex illa hora.
Et cum uenisset ihesu in dominum principis

et undisset tibicines et turbam tumultuanteum: dicebat. Recedite. Non est eum mortua puella. sed dormit. Et de ridebant eum. Et cum electa esset turba: intravit et temuit manum eius. Et surrexit puella. Et exiit fama huc in universam terram illam. **O** Deprofundis clamavi ad te dñe domine exaudi orationem meam.

Secunda oratio

Domine seruitutis augmento sacris
tibi dñe laudis offerimus.
ut qd in meritis contulisti propitiis
exequaris. **P.** **Cō.** Amen dico uobis quia
quod orantes petitis credite quia accepient
Suientes. **C**et sicut uobis. **P**ost **Cō.**
dñe dona celestia quesumus ut no
nobis puenire ad iudicium patiaris
qd tuis fidelib; ad medium puidisti **p.**

Dicit dñs **Dñica xxv. Officium**
ego cogito cogitationes pacis et no
afflictionis inuocabitis me et ego ex
audia uos et reduci caputate uiraz de actis loas
Vindixisti dñe tua tua gloria caputate iacob

Exulta quod domine tuorum fidelium uoluntates ut diuinum operis fructum preuenientia exequentes pietatis tue remedia maiora papiant p. Iesu Christo.

Accordat dominus et sustitabo dauid gerumen iustum et regnabit rex et sapiens erit. et faciet iudicium et iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda: et israhel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod uocabunt eum dominus iustus noster. Propter hoc earum dies uenient dicit dominus: et non dicent ultra uinit dominus qui eduxit filios israel de terra egypci. Si uinit dominus qui eduxit et adduxit semen domini israel de terra aquilonis. et de cunctis terris ad quas eiceram illos illuc. et habitabant in terra sua dicit dominus omnipotens. **C**ontra libernos nos domine et afflagentibus nos et eos qui nos oderunt confundisti. In deo laudabimur tota die et nomini tuo confitebimur in secula. **A**lle luca x. Qui posuit fines tuos pacem et ad-

pe frumenti faciat te. **Sed in iohannem.**

In illo tempore: Cum subleuasset oculos ihesus et uidisset quia multitudo marina uenit ad eum. dicit ad philippum. **D**nde enim panes ut manducent hi. **H**oc autem dicebat temptans eum. **I**pse enim saebat qd eset facturus. **R**espondit ei philippus. **D**ucentorum denariorum panes non sufficiunt eis; ut unusquisque modicu qd ac apiat. **D**icit ei unus ex discipulis eius **A**ndreas frater symonis petri. **E**st puer unus hic qui habet quinque panes et deaceos et duos pisces. **S**i hic quid sit inter tantos: **D**ixit ergo ihesus. **F**ac te homines discubere. **E**cce autem fenum multum in loco. **D**iscubuerunt ergo unu numero quasi quinque milia. **I**ncepit ergo ihesus panes: et cum granas egisset distribuit discubentibus. **S**imiliter et ex pisibus quantum uolebat. **O**t autem impleti sunt. **D**ixit discipulis suis. **C**olligite que superae-

runt fragmenta ne pereant. College
runt ergo et impleuerunt duodecim
copiosos fragmentorum ex quinque pambis
ordeacris que suspicerunt hys qui
manducauerant. Illi ergo homines cu
uidissent qd' fecerat lignum dicebant.
Quia hic est uere propheta qui uenturus
est in mundum. ¶ Depfundis clama
ui ad te dñe domine exaudi uocem meam.

Propitius esto dñe sup Secreta
placationibz nostris et populi
tui oblationibz precibz qz suscepis om
nium nostrum ad te corda coniuerte ut
a terrenis cupiditatibus liberi ad celos
tua desideria transcamus. P. Co. Atmen
dico uobis quicquid orantes peccatis credite
quia accipietis et sicut uobis. Postea

Quoniam nobis dñe qz ut p hec sa
cramenta que sumplimus. quic
quid in nostra mente incolum est tue me
ditationis dono curetur. P. In anni
uersario dedicatione ecclesie Offici
um. &c.

Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi et uocabitur aula dei. **Ex Psalmo alleluia.** Quam dilecta tabernacula tua domine in tutum concupisat et defecat anima mea in atria domini. Gloriam patrem gloriam in excelso. **Ex**

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas die m et sacris semper mysteriis representans in columnis exaudi prece populi tui et presta ut quisquis hoc templum beneficia petiturus in predictis cunctis se impetrasset letetur.

P. *Vnde sollempniter apud fratres fratrum*
Adiebus illis: Vidi ciuitatem in sanctam iherusalem nonam descendente de celo a deo paratam sicut sponsam ornata in uirginitate. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum omnibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius cuiuscumque ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omne

lacrimam ab oculis eorum; et mors
ultra non erit. neq; luctus. neq; clamor
neq; dolor erit ultra que prima abiie-
runt. Et dixit qui sedebat in throno.
Fate noua facio omnia. **V**erbi iste
a deo factus est inestimabile sacramentum
irreprehensibilis est. **D**eus cui astat an-
gelorum chorus exaudi preces seruorum
tuum. **A**lleluia. Adorab; ad templum
sanctum tuum et confitebor nomini tuo. **S**i
in certa gesima die natus. **T**unc.

Domus mea dominus oratio invenit;
dicit dñs. In ea omnis qui petat ac-
cepit et qui querit inuenit et pulsanti ape-
rietur. **H**ec est dominus dñi firmiter edifi-
cata bene fundata est supra firmam petra-
m. **A**lleluia. **S**icut erupit resurgens
ex mortuis iam non moritur mors illenso
non domi habet. **E**spera autem. **I**scendens epi-
to altu captiuam duxit in priuatatem de-
dit dñna hominib;. **S**equendum faciem
In illo tempore. **I**ngressus ihesus per
ambulabat iherico. **E**cce nomen eius.

Zacheus: et hic erat princeps publi
canorum. et ipse dominus. **E**t queriebat in
dere ihesum quis esset: et non poter
at per turbam quia statuta pusillis
erant. **E**t precuriens ascendit in arbo
rem sycomori ut uidaret illum: quia
inde erat translatus. **E**t cum uenisset
ad locum: suspiciens ihesus uidit illum:
et duxit ad eum. **I**acheus festinans des
cende: quia hodie in domo tua oportet
me manere. **E**t festinans descen
dit: et excepit illum gaudens. **E**t cum
uiderent omnes mirabrantur di
centes. quod ad hominem peccatorem
dimicaret. **H**ec autem zacheus
dixit ad dominum. **E**cce dominum
bonorum meorum domine do pauperibus:
et si quid aliquem defraudauit: reddo
quadruplum. **I**git ihesus ad eum. Qui
a hodie salus huic domini facta est: co
quod et ipse filius sit abrahe. **D**enunt eni
filius hominis querere et saluum fac
ire quod perierat. **C**redo. **O**ffer dominus deus in

simplicitate cordis mei letus obtuli uniusa
et populum tuum qui reptus est audi am
ingenti gaudio deus isrl' autodi hanc no
luntatem **ps** Alleluia. **H**ecce

Anume q̄s dñe pab; nolbris ut qui
anniversarum dedicationis diem ce
lebramus. ambitum continemur. ple
na tibi atq; pfecta corporis et anime
deuotione placeamus. ut dum het
presentia uota reddimus ad eterna
premia te adiuuante puenie merea
musr. **P.** Domus mea domus oratio
nis uocabitur dicit dñs in ea omnis qui pe
tit accepit et qui querit inuenit et pulsâ
ti aperietur **ps** Alleluia alleluia **p**ro

Domus qui ecclesiam tuam spon
sam uocare dignatus es. ut
que haberet gratiam p fidei deuocio
nem haberet etiam ex noſe pietatem
da ut omnis hec plebs nominis tuo ser
uiens hunc uocabuli consorao digna
elle mereatur. et ecclesia tua in templo

anniversariis dedicationis
dies celebratur. tibi collecta te timeat.
te diligat. te sequatur. ut dum uigiter
pueritia tua graditur ad celestia p
missa te ducente puenire mereatur. Qui
luis. In die consecrationis ecclesie et
cudie post quā dedicatione agitur et in
ut ossū epila & allā uel tractus ptempo
euangl. oīz. cō. sic sūp in anniversario
dedicationis cum orationibz sequentibz oīo.

Deus qui in uisibiliter omnia con
tines et tamen pro salute gene
ris humam signa tue potentie uisibili
ter ostendis. templum hoc potentia
tue in habitationis illustra: ut om̄s
qui hic deputati conueniunt ex qua
cumq; tribulatione ad te clamauerint
consolationis tue beneficia consequan
tur. p. **Seceta.**

O omnipotens sempiterne deus templū
hoc nō dico dicatiū celestiū tuū et
benedictione sanctifica. et omnibz in te spē
uantibz auxiliū tuū munus ostende ut hic

et sacramentorum, uirtus et nouz
obtineatur effectus. p. post vnu.

Quoniam om̄is deus. ut hoc in loco qui
potentibz aures pietatis tue ac commo-

Quedam unum deum. **D**eus per
patrem omnipotentem. factorem
celi et terre. misibilium omnium et mai-
sibilium. **E**t in unū dominum xp̄m fili-
um dei unigenitū. **E**t ex patre natum
ante om̄ia secula. deum de deo lumen de
lumine deū uerū de deo uero. genitū no-
factū consubstantiale patris p̄ quem
om̄ia facta sunt. **Q**ui ppter nos homines
et propter nostram salutem descendit de
celis. **E**t incarnatus est de spiritu sō-
ex maria virgine. et homo factus est.
cruifixus eam pro nobis sub pontio
ppylato passus et sepultus est. et resur-
rexit tercia die secundum scripturā. et
ascendit in celum sedet ad dexteram pa-
tris. **E**t iterum uenit uos est cū gloria
iudicare uiuos & mortuos. cuius regni

non erit finis. Et in spiritu sancto
tum domini et iuuificantem. qui ex pa-
tre filio que praedit. qui cum patre et
filio simul adoratur et cum glorificat-
ur. Qui locutus est per prophetas et
unam sanctam catholicam et aposto-
licam ecclesiam. Confiteor unum baptis-
ma in remissionem peccatorum. Et
expecto resurrectionem mortuorum.

Et uitam uenturi seculi. Amen **San-**
dos quandos celebraturus sacerdotem aie-
Confitemini domino quoniam bonus altare ducat
quoniam in scilicet misericordia eius. inclinatus.

Confiteor deo celo et beata marie
et beato domino et omnibus sanctis et
uobis fratribus. quia peccavi nimis cogi-
tatione locutione. opere et omissione.
mea culpa precor uos orate pro me **Ite sac-**

Precreatitur uos dei omni potest deo.
deus et dimittat uobis omnia
peccata nostra liberaet uos ab omni ma-
lo salvaret et confirmet in omnibus opere
bono; et puerat ad uitam eternam. Amen

Absolutionem et remissionem omnium peccatorum
noster tribuat nobis omnipotens et misericors dominus. Amen. *Confiteamini factum*
Absolutione scilicet ergo faciat ducat
Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum
et terram. et proprietas ad alacritatem rursum.

Aufer a nobis iniurias nostras. ut ad sancta
corum puris mereamur mentibus in
tunc. Per christum dominum nostrum. Amen. *Iacob*
de dicta est uerba illius. et vocatio mu-
nis. et signum misericordie. et uincula mortis nulli
ab aliis. quod illi quancumque elevatur
in hunc se uanum.

Auscape sancta trinitas hanc oblationem quam tibi offero in memoria passionis domini nostri ihesu christi et presta ut in conspectu tuo tibi placens ascendat. et meam et omnium fidelium salutem operetur eternam. *Post ablatum enim uocatio manu*

bis punc pectus ad medium altaris ue
mens inclus profunde dicendo orationem.

O spiritu humilitatis et in animo con
trito suscipiamur domine a te et sic fiat sa
crificium nostrum. ut a te suscipiatur
hodie et placeat tibi domine deus. Deinde

se exigitens et ad populum legitens di

Quate fratres ut meum ac
uestrum pariter in conspectu
domini sit acceptum sacrificium

In nativitate domini proficere

Gloria eternae deus.
Quia per in
carnati uerbi mis
terium noua men
tis nostre oculis. lux tue clari
tatis infusit. **C**it dum uisibi
liter deum cognoscimus per
